

- quod interuentus amicorum vel propinquorum non sufficit ad tollendum metum praecedentem, nec eum purgat, licet grauitatem onere probandi metu diuiniorem & grauiorem, secund. veriorum opin. quam refert ex Bald. Paulo & Felino Ant. Gom. ubi supra de restitutione minor. nu. 27. ad fin.
- 25 Quarto respondeo, quod licet interuentus amicorum vel propinquorum purgaret presumptionem metus, id tamen non habet locum, si enormem lesionem quis ex contractu passus sit, ut ex alio referit Boer. decisi. 9. quos sequuntur D. Ant. de Padil. in l. transactionem, que domini, num. 9. c. de transact. Ergo cum in prælenti causa enormis non solum, sed enormissima quoque lesion intercesserit, ut supra dictum est, c. sequens est, ut metus præcedens minime purgatus sit per intervectionem pred. testium tempore dicta scriptura a filia metu celebratur. Et ita pronuntiatum fuit in hac causa pro filia contra matrem & fratrem, & fuit rescissa præd. secunda scriptura & iussum, ut serueretur prior, ac proinde, ut bona materna æqualiter dividantur inter pred. fratrem & sororem, sublata matri facultate meliorandi in aliquo præd. filium masculum.

SUMMARIUM.

- 1 Index potest præfigere terminum breuem heredi in istuto, in qua quem adest vel repadiet hereditatem, ad instantiam creditorum ad effectum, ut alias prouideatur curator hereditatis, qui respondet a creditoribus non vero ad totalem exclusionem hereditatis. Imo isto causa si heres vult esse curator bonorum prouidentius est, num. 4.

2 Dies incertus pro conditione habetur.

3 Heres institutus sub conditione, non potest adire, quoniam que verificata sit conditio.

4 Prescriptio non currit in obligationibus ad diem vel sub conditione ante eventum conditionis vel diei.

5 Conditione suspendit dispositionem & ipsius effectum quoque conditio impleatur.

6 Contra hereditatem iacentem nulla currit prescriptio.

7 Tamen non videtur consentire, quando, etiam si contradicere, alium non posset impedi.

8 Heres non tenetur adimplere conditionem quam primam posset, sed quandocumque in vita sua potest adimplere.

9 Heres compellitur non potest adimplere conditionem, quia non ita gravandus est sicut legarius.

10 Matus periculum vertitur in proposito in institutione, ne restator maneat sine herede, quam in legato.

11 Conditione mixta tam in hereditatibus, quam in legis post quodcumque impleri.

12 Conditione mixta tam in hereditatibus, quam in legis post quodcumque impleri.

13 Conditione mixta tam in hereditatibus, quam in legis post quodcumque impleri.

14 L. 2. s. ad filiorum, c. quondam & quibus pars deb. lib. 10. intellectus.

15 Protestari aut curare aliquid non tenetur quia eo casu, quo faelis diligenter, nihil prodebet.

16 Implicere habens conditionem, sub qua institutus est heres, non debet interpellari.

17 Conditione deficit factio contraria eius, cuius apposita est, & nu. 18. quod habetur pro impieta, quando non stat per implere debentem.

18 Factum inacta conditionis apposita tenet, videtur factum in dubio gratia implendi conditionem, si faciens habebat notitiam conditionis.

19 Estimatio in dubio in dotibus facit estimationem, maxime, factio mentione pretii, nu. 21. Est pretermittit in propenso semper in dubio iustitia est presumitur, nu. 23. Et capienda est semper conjectura quoniam potest, ut estimatio faciat estimationem, nu. 24.

20 Presumptio in dubio in dotibus facit estimationem, maxime, factio mentione pretii, nu. 21. Est pretermittit in propenso semper in dubio iustitia est presumitur, nu. 23. Et capienda est semper conjectura quoniam potest, ut estimatio faciat estimationem, nu. 24.

21 Primum estimatum datum in dotem libere efficietur manu, adato, quod per eius heredes retineri potest,

- 25 Molendini positi iuxta flumen potius sperator diminutio, quam valoris incrementum: ideo potest alienari per prælatum & tutorem, nu. 26.
- 26 Bona simpliciter absque estimatione tradita in dotem, præcedente tamen ipsius promissione in pecunia numeranda, videtur tradita estimatione prædictis pecunias in dotem promissis.
- 27 Ex geminatione verborum presumitur deliberatio, & non potest contraveniri.
- 28 Bonis dotalibus estimationem traditis, vera dies est premium.
- 29 Mulier recipiens estimationem aliorum bonorum, dotalium ab initio conuentam, in ceteris sibi preindicate respectu estimationis.
- 30 Res dotalis quando estimationem emisionem non facit, periculus periculo mulieris.
- 31 Promissione dotis facta in pecunia numero ad, licet postea bona tradita in pro resolutione ipsius, non ob hoc partes videtur a prima conventione recedere.
- 32 Talius cenetur mens partium in traditione dotis, qualis fuit in constitutione.
- 33 Estimationis rerum dotalium non facit emisionem, si patrum sit, quod res ipsa solito matrimonio reddantur.
- 34 Marius si promiserit, quod solito matrimonio res dotalis reficietur us modis & formis, quibus date fuerint, intelligetur quod estimationem. Idem erit si dicatur quod bona dotalia essent ipsius uxoris, vel quod ipsi dantur, ut in num. 36.
- 35 Vendito bonorum alienorum domino consentiente, bene valeat & tenet.
- 36 Mulier potest sibi dotem constituere de bonis suis penes tertium existentibus, vel pecunias sibi debitis.
- 37 Estimationis in dotibus facit estimationem, etiam si a principio coenit, ut nominarentur estimatori bonorum, licet postea non interueniant: quia ipsam partis estimatio meritorum, & nu. 40.

CONSILIVUM XVII.

- IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Praesupposita clausula testamenti Didaci, qua institutus heredes suos legitimos, Gundisalum sumum consobrinum, & dominum Mariam neptem ex sorore, ipsiusque Didaci uxoris, etiam neptem ipsius ex latere, & precipit, ut ambo suprad. nephe Gundisal. & Maria matrimonium inter se simili contrahant, & quod portio illius, per quem steterit, accrescat alteriorum, qui teneantur matrimonium contrahere cum consanguineis eiusdem testatoris, eaque lege ipsos heredes instituit: contigit, quod in tra annua & dimidium a die mortis testatoris, dicta Maria nupsit alteri, dicto. Gundisal. minime requisito. Quinimo instrumento publico declaravit, se nunquam voluisse adire dicti hereditatem, nec eam velle, sed ipsam repudiare. Quo etiam visus est, noluisse nobis dicti. Gundisal. siue non impletum dicti conditionem nubendi enim eo. Ac proinde tota hereditas acquisita est d. Gundisal. qui postea duxit in uxorem aliam propinquam consanguineam testatoris, adimplens, quod ipse precepit, ut late probaberetur consilio sequenti super prelegato facto per eundem testatorem eidem Marie, ideo non repetiam. Satisfaciam tamen his quæ in contrarium adducuntur. Postea agam; An estimationis bonorum dotalium uxoris dicti testatoris fecerit estimationem: ita quod heres ipsius, qui est d. Gundisal. possit illa rebabere offrendo præd. estimationem, necne? Quia super hoc vertitur secunda principialis dubitatio huius processus.
- Primo, circa d. hereditatem, quominus eam possit consequi dict. Gundisal. allegatur, quod ei fuit praesuppositus terminus a iudice competenti, intra quem adire vel repudiare præd. hereditatem, alias, quod haberetur pro repudiante: & quod haec sententia inter se quoniam fuit intimata dict. Gundisal. Sed tunc non obest, quia d. sententia fuit prolata ad eum tantum finem, ut ipso non

Consilium Decimum Septimum

non declarante in dicto termino, constitueretur curator sue defensor bonis hereditatis iacentis, vt solueretur debita creditoribus hereditariis, & ad instantiam ipsorum, quod iudex facere potest, non vero, vt heres excludeatur omnino a prædicta hereditate, nec a iure adeundi sibi competenti infra terminum longiorum iuris, quem terminum iudex abbreviare minime potest ad omnitudinem exclusionem hereditatis a hereditate, sed tantum, vt provideatur curator & defensor bonis, qui respondeat creditoribus, cui satisfactis debitis defuncti, quemadmodum decidit Bald. in R. gr. C. de successione, num. 2. & Greg. Lop. in gl. a. lomenos, in l. 2. tit. 6 p. 6. Quod si alter fieret, processus esset nulli, prout multis se fecisse ob hoc annullari scribit Bart. relatus & sequens Perillust. D. Anton. de Padilla in l. siemancipata, nu. 43. & 44. C. de iur. & fact. ignor. vbi dicit communem, retulisse in mea repetitione. S. S. nu. 109. Instit. de hered. qual. & differ. Errantq; assessores terminum minuentes inquit ipse Bart. in l. quis instituatur, S. 1. ff. de hered. in fin. Præterea in nostro casu minime poterat ex alio d. Gundisal. declarari a iudice pro repudiante. Quoniam institutio ipsius & d. Mariæ fuit conditionalis, nempe quod ambo simul inter se contraherent matrimonium, alias & contra, ut supra vistum est, tunc præterea præd. testatoris dispostio resertur ad tempus sue diem incertum, quia testator nesciebat an, nec quādō esset implēta d. conditio. *G. Dies f. n. incertus pro conditione habetur, ut probat tex. in l. 1. §. dies, & in l. quibus dieb. §. quidam. ff. de cond. & demonst. quem tex. ad hoc allegat Ang. cons. 28. n. 3. idem notat Ant. Gom. 1. tom. c. 5. n. 9.*

3 Cum igitur fuerit t̄ conditionalis præd. institutio, etiamsi qd. conditio esset potestatua quod difficitur, quandoquidem dependet a voluntate alterius, & Summi Pontificis, si dispenſauerit, & ita potius potest appellari mixta conditio non potuit dict. Gundisal. adire præd. hereditatem, quousque prædicta conditio adimplita & verificata fuisset, ut probat tex. expressus in l. signis instituatur, in princ. & in §. sed in sub conditione, ff. de hered. in l. 1. si seruus, ff. de bon. aut. sed possid. optima l. 7. tit. 4. part. 6. & tex. optimus in l. 1. qui heres ff. de acquirend. hered. ac per consequens non potuit haberi pro repudiante. Quoniam vir inquit textus in dict. l. 1. qui heres in princ. heres institutus sub conditione, si ante conditionem exsistentem repudiauerit, nihil agit, qualis qualis fuit conditio, & si in arbitrium collata est: nisi, ut inquit glossa ibi, coram iudice creditoribus instantibus renuntiet, & se non aditum dicat, etiam si conditio exsisterit. Quod tamen minime appare fecisse nec dixisse dicit. Gundisal. sed potius ipsam Mariam hoc fecisse constat. Itaque cum præd. conditione pendente non fuerit delata prædict. hereditas Gundisal. prædict. ac proinde non poterit eam adire nec repudiare, quoniam is potest adire, qui & repudiare, & e contra, ut in l. 1. potest, ff. de acquirend. hered. cum materia, index non potuit ad alium effectum habere pro repudiante dict. Gundisal. nisi vt defensem bonis hereditariis prouideret, qui responderet creditoribus hereditariis, ut supra est dictum. *Quo casu t̄ si ipsa Gundisal. vellet esse defensor, prouidens foret ex dictis per Anton. Gomez 1. tom. cap. 2. nuv. 12. & quamvis d. Gundisal. posset interim pendentie conditione agnoscere bonorum possessionem secundum tabul. ad effectum, de quo per Anton. Gom. vbi supra, adire tamen vel repudiare non poterat, ut in dictis iuribus. Nec præd. Gundisal. potuit currere, nec cucurrit illa prescriptio ad adiuncta præd. hereditatem: quandoquidem impeditus fuerit huc usque, & viisque adhuc non sunt elapsi duo integrati anni, quod duxit in uxorem aliam testatoris consanguineam. Et ita adimpluit secundum conditionem in institutione apposita, perq; cum non stetit adimplere*

primam, sed per d. Mariam. *Et in t̄ obligationibus ad diem, vel sub conditione non currit prescriptio antecedentia illius conditionis vel dici, l. cum non solum, §. illud, C. de præscriptione, 30. vel. 40. ann. & ibi Doctores. ¶ Et t̄ conditio suspendit dispositionem & ipsius effectum, quoque conditio adimplita fuerit, L. edere diem. ff. de verb. signific. §. sub conditione, Inst. de verb. oblig. optima l. 2. in fin. tit. 11. par. 5. Socin. Inst. conf. nu. 23. vol. 1. & optimae plura referens Roland. a Valle consil. 63. nu. 16. & sequens. volum. 4. ¶ Et contra t̄ hereditatem iacentem nulla currit prescriptio, secundum Bald. in tractat. prescript. 3. part. 3. pars. 1. p. sexta p. prin. ca. 25. fol. 143. in parus. & Et ita ex silentio Gundisal. non fuit prædicatus, quandoquidem non fuit heres, quoque conditionem implevit, id est, quando contraxit matrimonium cum consanguinitate testatoris. Et non poterat, et iam vellet & contradiceret, impedire matrimonium dict. & Maria. Quo casu tacens non consentit nec sibi prædicatur tacendo, ex notatis plenissime per Bar. & recentiores in l. quæ dotis ff. solus. marr. Nec enim sibi prædicatur, qui presens est venditioni rei, ad quam aliquid ius habet, & scies illud durare, ut patet ex dictis per Tiraquel. de retractu linag. S. 1. glossa 9. numero 148. cum sequentibus.*

Minus etiam obest, quod aduocatus contrarius allegat dicens, quod d. Gundisal. tenebatur adimplere conditionem, quam primum posset, transiisse que multum temporis, in quo potuit implere, accipiendo in uxorem d. Mariam, minimeque adimpluit nec id procurauit. Nam huic obiectio plurius modis satisfit. Primo negando obiectum: quia neque id probatur, nec concessa fuit a Summo Pontifice dispensatio secundi gradus consanguinitatis, cuius impedimento tenebantur: quo stante minime poterant inter se matrimonium contrahere, ut in cap. non debet. & per totum utrum de consang. & affini.

Secundo respondeo, quod etiam hoc cessante, ad d. huc non procederet allegatio prædicta. Quia heres conditionem sibi positam in institutione, etiam mere potestatua, non tenebatur adimplere quam primū possit (multo igitur min⁹ mixta,) iuxta tex. expressum in l. 1. quis instituatur, S. 1. de hered. in inst. & ibi glossa verb. finit. & communiter Doctores, Bar. & Doctores in l. hec conditio, la 2. ff. de condit. & demonst. Gregor. Lopez in l. 7. in glossa se complere, nu. 4. par. 6. Vbi, quod poterit impleti, quandocumque in vita instituti, nec definit posse impleti, nisi per mortem, vel nisi apposita fuerit dies cum conditione ipsa. *Ergo inquit Bald. in l. si plurcs, nu. 13. c. de condit. inst. id adeo verum esse, ut neque compelli possit heres adimplere conditionem in quoniam heres non est ita gravandus sicut legarius, teste Bartolo in d. §. 1. & ibi glossa sic declarat d. hec conditio, & glossa 4. dict. l. 7. num. 4. partit. 6. ¶ Veritur t̄ enim inquit Bart. & ceteri in d. y. 1. maius periculum in institutione, ne testator remaneat sine herede, quam in legato. Itaq; heres potest adimplere conditionem sibi positam in institutione quando voluerit in toto tempore vita sua, & quamvis eam non adimplat, quamprimum possit, non ob hoc amitteret hereditatem, ut ex supra dictis patet, præmaxime, si præd. conditio est penalitatis, eo casu, quod non adimplatur. Tunc enim clarius in iure est supradictum, ut tradit Bart. in d. l. hec conditio, la 2. sic declarans primam, §. item si uia ff. ad leg. Falcida.*

Vterius conditio mixta (sicut nostra, quia dependet a voluntate Papa), etiam in legis, sicut in hereditatibus potest quandocumque impleri, ut inquit Paulus in d. l. hec conditio, 2. & ibi Socin. nu. 2. sic declarando tex. ibi. *¶ Et in t̄ nostris terminis, qd. conditio s. sup. erit, t̄ in institutio apposita, perq; cum non stetit adimplere*